UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

Compilatio Juris Canonici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

COMPILATIO JURIS CANONICI.

ANno cIↄ CL. ſedente Alexandro III. Pontifice, vel, ut alii volunt anno cIↄ CXCIII. Gratianus Monachus cœpit Decretum compilare nullo jubente, quod a ſubſequentibus Pontificibus poſtea receptum eſt.

Anno cIↄ CCXXX. Gregorius IX. Pontifex ſuas & Prædeceſſorum ſuorum Decretales Epiſtolas per Raymundum Capellanum in unum Volumen redactas edidit. Ipſam autem compilationem Anno cIↄ CCXXII. inſtitutam putat Rober-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Robertus Maranta in Speculo part. n. 39.

Anno cIↄ *CCXCVIII. Bonifacius* VII. *Papa Decretalibus Gregorianis, quæ libris quinque continentur, Sextum adjecit, pari numero librorum, & eadem fere diſpoſitione retenta.*

Anno cIↄ CCC. XVIII. VIII. *Kal. Novemb. Joannes* XXII. *Clementis* V. *Conſtitutiones ante, quam poſt Concilium Viennenſe in Gallia editas, &* ab ipſo *Clemente publico uſui deſtinatas, niſi per mortem intervenientem fuiſſe impeditus, in* Avenionenſi *Civitate, quæ tunc temporis Sedes erat Pontificum, promulgavit, easque Doctoribus & Schoaribus Bononiæ commorantibus transmiſit, prout Gre*gorian

gorius IX. & Bonifac. VIII. ante ipſum quoque fecerant.

Idem Joannes XXII. Papa diverſis temporibus ſui Pontificatus Conſtitutiones viginti edidit, quæ Extravagantium nomen obtinuerunt, quod vagarentur quaſi extra Corpus reliquorum Canonum.

Extravagantes Communes, quæ continent diverſiſſimorum Pontificum Bonifacii VIII. & ſubſequentium, itemque Joannis & aliorum Conſtitutiones, in quinque libros coaluerunt, quarum maxime recentes, quæ ſub nomine Sixti IV. comparent.

Anno CIↃ. IↃ. LXXXII. II. Junii Gregorius XIII. Ponitficatus anno duodecimo Decretum Gratiani

*tiani, cæteraſque Juris Canoni-
ci partes ex vetuſtisſimis Codi-
cibus emendatas & reſtitutas edi
mandavit, atque ſic acceſſerunt
Inſtitutionum libri IV. per Pau-
lum Lancellottum Peruſi-
num compoſiti.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN